



Inv O  
229

11/10.

  
Procolatum in libro Regio Classis I. apud statuam.  
reddetur per locum Aug: de Registratione et Archivio Directori  
militari et rebus. vel nomine **Machinae** Scientiarum  
et numerorum quibus numeris nullis numeris vero, inveni  
integri. numeri separati. nulli. et singuli. numeri  
numeris numeris numeris nulli vero non sunt, sive  
zipsa inveniuntur. sed nulli vel in locis; tuncque  
numeris separatis etiam inveniuntur in. etiamque  
numeri separati sive nulli. sive nulli. sive nulli. sive  
nulli. sive nulli. sive nulli. sive nulli. sive nulli. sive nulli.



9627.841  
687.

NOS  
FERDINANDUS  
PRIMUS  
DIVINA FAVENTE CLEMENTIA  
AUSTRIAÆ  
IMPERATOR

**HUNGARIAE ET BOHEMIAE  
HJUS NOMINA  
QUINTUS**

DALMATIAE CROATIAE SLAVONIAE

GALICIAE  
ET LODOMERIAE

**REX APOSTOLICUS**

**XXX**

LOMBARDIAE VENETIAE ET ILLIRIE etc.  
AR CHILDUX AUSTRIA E;  
DUX LOTHARINGIAE SALISBUR. STYRIA E;  
CARINTHIAE ET CARNIOLIAE;  
SUPERIORIS ET INFERIORIS SILESIAE;  
MAGNUS PRINCEPS TRANSILVANIAE;  
MARCHIO MORAVIAE;  
COMES HABSEURGIE T  
TIROLIS  
E T C.

## **MEMORIAE**

commendamus tenore **PRÆSENTIUM** significantes quibus  
**EXPEDIT UNIVERSIS**

Quod Fideles Nostri  
Prudentes ac Circumspecti  
**JUDEX, JURATI CIVES,**  
**SENATORES,**  
Liberae ac Regiae Civitatis Nostrae  
**DOMINIE BENIGNITAS RE CZINENSIS**

coram Nobis humillimas in eo interposuerint preces, quatenus veluti Sigilli Sui publici authentici per Serenissimum quandam Imperatorem et Regem gloriosae memoriae, Praedecessorem nostrum Leopoldum I<sup>m</sup> anno Domini millesimo sexcentesimo nonagesimo tertio clementer confirmati, atque simul in singularis et specialis Gratiae Suae Caesareo-Regiae erga Civitatem hanc argumentum, integra videntis palmae arbore augmentati ac locupletati, Inscriptionem ad peripheriam latinam in hungaricam transmutandam, et caelando novo simili Sigillo insculpendam clementer indulgere, benignumque eatenus privilegiale Consensum nostrum Regium clargiri dignaremur. NOSTRO SANCTO itaque benigno revolentes animo, quod Principes in publico Regimine constituti populos sibi subjectos non solum ad conservandum internum tranquillam permissionis statum in legum observantia, mutuaque concordia cultu continere, verum ceteris quoque Privilegiorum et specialium praerogativarum indultibus, imprimis vero Sigillorum authenticis,

rum; sub quorum munimine publicae expeditiones firmiores et  
fidedigniores reddi possint, - concessionibus ad perpetuam rei  
memoriam, et rectarum actionum normam ut plurimum conferen-  
tibus, eosdem condecorare, illustrareque soleant, unde, velut ex lim-  
pido aliquo fonte, tam bene ordinatae Reipublicae vitii incapax re-  
ctitudo, quam etiam quorumvis literalium Instrumentorum indi-  
sputabilis veritas, perpetuumque robur regulariter procedere,  
consueverunt; cum igitur consideratione hac benigne permoti,  
tum vero ex speciali Gratia et Clementia Nôstra Caesareo-Regia  
de qua supremae potestatis Nostrae plenitudine antememoratum

vetus Ejusdem Liberae, Regiaeque

### **Civitatis Nostrae Debreczinensis**

publicum authenticum Sigillum, ea ratione clementer confirman-  
dum et respective innovandum esse duximus, ut antiquae ad pe-  
ripheriam Inscriptio latinae, hungarico Idiomate expressa sub-  
stituatur, in hac, uti sequitur forma descriptum atque illustrati-

# **S C U T U M**

videlicet militare in figura orbiculari filo aureo interne et ser-  
to e foliis lauri aureis coadunato externe circumclusa ac limba.  
ta erectum, cyanei coloris fundum illius trijugi viridi monticulo  
interoccupante, e cuius meditullio procula palmae arbor, naturali

patularum frondium virore adumbrata, subter quam agnus pa.  
schalis, albo incrispato vellere et radiante Sanctorum circulo ver  
ticetenuis conspicuus, geminis apertis, ac in plana praecattacti mon  
ticuli superficie collocatis libris insistere, gradientique similis, dex  
tro anteriori pede paulisper elevato et incurvato baculum crucis  
aurei coloris, cum dependente et expanso rubro vexillo alba cruce,  
insignito tenere, totaque corporis mole in dextram scuti oram con  
versa, capite nihilominus retrorsum vexillum intueri visitur. Scu  
to demum incumbentem Galeam militarem clathratam, sive aper  
tam, Regioque diademate alitem phoenicem naturaliter effigia  
tum, expansis alis et capite elevato, rostroque adaperto, ac viridi  
laureo certo pectore tenus praecinctum, ex lignis odoriferis ad so  
lis ab alto radiantis aestum ignem sibi alis excitantem, ac cre  
pantibus flammis se ipsum exurentem proferente ornatum. La  
tinus seu lemniscis vero a sumitate seu cono galeae, hinc rubeis et  
argenteis, illinc cœruleis et aureis in scuti extremitates sese placi  
de diffundentibus, illudque ipsum decenter ac venuste exornantibus;  
inscripta denique ad peripheriam, praedescripto modo filo, ac ser  
to lauri aureo limbatam e benigna concessione Nôstra Regia  
sequentî majusculis Literis, justo intervallo in orbem dispo  
sitis hungarica Epigraphe:

**S Z A B A D K I R Á LY I D E B R E C Z E N**  
**V Á R O S A P E C S É T J E . 1 8 4 1 .**

Quemadmodum haec omnia in principio seu capite praesentis Nostris Diplomatis, pictoris edocta manu et artificio, propriusque ac genuinis suis coloribus darius depicta et lucidius ob oculos In- tumentum posita esse conspiciuntur; annuentes et ex certa Scien- tia Nostra, animoque deliberato concedentes, ut eadem Libe- ra Regiaque Civitas Nostra.

### DE BRE CZINENSIS

praedescripto Sigillo pro usibus publicis conlecto a modo in posterum : prioribus et hucusque antiquo Sigillo roboratis Ex- peditionibus in salvo relictis :) futuris et perpetuis semper tempo- ribus, in muniendis omnibus et singulis literalibus Instrumentis, expeditionibusque tam forensibus atque juridicis, quam aliis qui- buslibet nomine saepelatae Liberac, Regiacque Civitatis Nostra

### De breczinensis

conficiendis et expediendis Literis, instar aliarum praefati Re- gni Nostri Hungariae liberarum et Regiarum Civitatum, Ju- risdictionumque publicarum e benigno induitum et gratia Nostra speciali uti semper possit ac valcat; imo indulgemus, annuimus, concedimus, approbamus et confirmamus, harum Nostrarum sc. credo Sigillo Nostro, quo ut Rex Hungariae apostolicus utimur, in pendentili communitarum vigore et testimonio Literarum.

DATUM

per manus Fidelis Nostri, Nobis sincere dilecti, Spectabilis ac



Magnisici Antonii Comitis Mailath de Székhely,  
designis Ordinis S. Stephani Regis Apost. Magna Crux  
Equitis, Camerarii et actualis Int. Status Consiliarii  
Nostris, per Regnum Nrum Hungariae Dapiferorum Re-  
gatium Magistri, Comitatus Zempliniensis Supremi  
Comitis, nec non per idem Regnum Nostrum Hungariae  
Juliae Regiae; prout et Ins. Ord. S. Stephani Regis  
Apost. Cancellarii, in Imperiali Urbe Nostra Vienna  
Austriac, die octava Mensis Iulii, anno Domini mil-  
lesimo octingentesimo quadragesimo primo. Regno  
rum Nostrorum Hungariae, Bohemiae et reliquorum  
anno septimo.

*T. Mailath*

*Antonius Jones Mailath*

*Sigillum meum est R. Jones*

